



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 76. Ariæ civitas a Cordæo ex insidiis capta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1482.

cum Delphino agerent, Maximilianus necessitati temporis ac Gandavensium voluntati non modo parere, sed etiam paupercum Atrebensem pacem adeo celebrem, quæ Gandavensium opera inchiesta, ac promptissime concluia fuit, invitus licet suo quoque consensu firmata compellebatur.

§. LXXVI.

Ariæ civitas a Cordæo ex insidiis capta.

Chron.

*Joan. Molii.
Ann. in Tom.
V. Comm.
Edit. ult.
pag. 260.*

Verum priusquam hoc foedus initum esset, Cordæus Ariam urbem in Athesiae Comitatu sitam suæ subjicit potestati. Referunt Auctores, quod ha urbs per summam Joannis Cohemii per diam Gallis tradita, eidemque tringit aureorum millia, decem millium penso & centum lanceariorum in prædictionis pretium datu fuerint. Utut res se habeat, id certum est, quod Cordæus urbem toto bello apparatu se aggredi simulaverit, ac primo

tum Delphino despontata, & in aula Francia educata, cum adolevisset, propter jus successio nis repudiata fuit a Carolo, qui Annam Francisci Britannia Ducis Filiam violenter surripuit. Vide Palatium in Historia Maxi miliani lib. 43. cap. 3. num. 5. & 6.

gravioribus tormentis moenia quatere coe- Sæcul. XV.
perit: unde Flandri vehementer perter- A.C. 1482.
riti, Cohemio nuntiabant, se illi suppe-
tias, cunctaque ad urbem strenue pro-
pugnandam necessaria suppeditaturos.
His ille respondit, se aliunde habere an-
nonæ copiam, quæ in solidum mensem
et amplius satis esset, atque ad contra-
hendum exercitum sat amplum superesse
spatum: Interea vero die vigesima octa-
va Julii capta est civitas, ac præsidarii
milites fere Audomaropolim receperunt.
Unde, si qua fides huic relationi, Cohe-
mius cum Rege clandestina foviſſe consi-
lia videtur. Nihilominus dubio locus est,
an Cohemius Ariæ urbis Gubernator, &
durante obsidione urbi præsens adfuerit;
quipue in ditionis conditionibus sermo
incidit de Philippo Burgundo de Bevres,
qui tum specialiter civitatis administra-
tionem gerebat, ac itidem Generalis Ar-
thesiensis Comitatus Gubernator erat.

Præterea eo tempore Antonius Wissacus *Gapanes.*

Vapinensis Ariensem Præfecturam obibat,
proin pleno urbis imperio potiebatur, ac
demum Bevresio tum abiente arcis Præ-
fecturam ad Joannem Leanam Cambri-
niensem devolvebat; ex his igitur vero
sat simile est, præfatam Cohemii prodi-
tionem mere confictam esse. Id tamen
certum est, Ariam urbem die vigesima *Not. Comm.*
octava Julii prius utrinque firmatis dedi- *Tom. V.*

Sæcul. XV tionis legibus, quæ in Comminæi not.
A.C. 1482. recensentur, a Gallis occupatam fuisse

Edit. ult.

pag. 262.

§. LXXVII.

*Archiducis Filia Delphino in Spow
sam oblata.*

Hujus urbis jactura non parum affl. Archiducis animum, auxitque dol. rem succisa spes, qua adversæ fortunæ casibus obviare posset: Flandri enim modo novos identidem suscitabant tumultus, sed etiam pari seditionis ardore ali quoque Belgii urbes accendeant, n. ce eo intenti, ut labefactatis Principis viribus ejusdem imperium excutere p. sent; hinc Ludovicus XI. omnes ha. rerum vicissitudines in rem suam veru. sollicitus, Gandavenses obsequiis sibi de. vincire, ac singulari honore prosequi co. natur, eisque offert nuptias Delphini cum Margarita Maximiliani Filia, nec amplius rem constitui dotem petit, quam utramque Burgundiam: se vero Atrebatum cum omnibus, quæ in Arthesiae Com. tatu possideret, redditurum pollicetur. hac in re Cordæi opera utebatur, qui prospero successu Regis sui consilia ex. quebatur; Gandavenses enim Archido. cem, quem omni modo vexabant, insu. per compellunt, ut has nuptias consen. suo firmaret, pacemque cum Francia iniret.

§. LXXVIII.